Bona ĩſpiracio ãgeli de fide.

Ontra primaz tẽptacionem dyaboli dat angelus bonaz inſpiracionem dicens O homo ne credas peſtiferis ſuggeſti= onibus dyaboli quia ipſe ſit men dax. Nam menciendo protho parentes decepit nec aliq̃ mo= do in fide dubites licet ſenſu vel intellectu cõprehendere non va leas quia ſi cõprehendere poſ= ſes nullatenus eſſet meritoria iuxta illud gregorij. Fides non habet meritũ cui humano racio prebet experimentum. Sed me= mento verba ſanctorum patrũ ſcilicet ſãcti pauli ad hebreos vndecio. dicentis. Sine fide im poſſibile eſt placere deo. Et io= hannis tercio. Qui non credit iam iudicatus eſt. Et bernardi dicentis. Fides eſt p̃mogenita inter virtutes. Et iterum. Bea tior fuit maria precipiendo fidẽ xpi q̃ȝ carnem xpi. Conſidera e= ciam fidem antiquorum fideliũ Abraham yſaac et iacob et q̃ cundam gentilium ſcilicet iob raab meretricis et ſimilium ſi= militer fide apoſtolorum necnõ immutabilium martirum con= feſſoruȝ atqȝ virginum. Nam per fidem omnes antiqui ⁊ mo derni placuerunt. Per fidem ſanctus petrus ſuper aquas ã bulauit. Sanctus iohannes ve nenum ſibi propinatũ ſine no cumento bibit montes caſpij o= rantes alexandro per fidem ad unati ſunt. Et ideo fides a deo merito benedicta. Propterea viriliter debes reſiſtere dyabolo et firmiter credere omnia man data eccleſie. quia ſancta eccle= ſia errare non poteſt quia a ſpiri tu ſancto regatur.

Nota q̃ȝ cito infirmus ſentit ſe tẽptari contra fidem cogitet p̃= mo qua neceſſaria eſt fides q̃a ſine ea nullus ſãluari poteſt. Secũdo cogitet qua vtilis eſt quia poteſt omnia dicente do= mino. Omnia poſſibilia ſunt credẽti Et iterũ. Quodcũqȝ orã tes pecieritis credite quia acci pietis Et ſic infirmus faciliter dei gracia dyabolo reſiſtet.

Quare eciam bonuȝ eſt vt ſim bolum fidei circa agonizantem alta voce dicatur pluries qȝ repe tatur vt per hoc infirmus ad fi dei conſtanciaȝ animetur et de omnes qui illud audire abhor rent alligãtur.